

JERZY ANDRZEJ WOJTCZAK

[DE BEATA VIRGINE MARIA...]

De Beata Virgine Maria
in Sanctuario Piekary
fidei populo Silesiae
gratias copiosissimas largienti

Iure laudatur regio per orbem
Nostra, honoratur pietate fervens
Dulce enim Nomen veneramur usque
Virginis Almae

Hic vanit supplex, numerosa plebes
— Mitis invitat facies Puellae —
Ut piam Matrem colat Aequitatis
et Charitatis

Quid rogant coeli Dominam potentem?
Quid petunt fuis lacrimis abunde?
Ne preces spernas faciasque cassa
Vota tuorum

Tutus in terrae caveis laboret
Fossor et tuto Tibi deferatur
Laus, coercenda est violentia, horror
Pace fruamur.